8505 Iulio Timo|theo qui vi|xit p. m.[1] annis | XXVIII, vitae in|nocentissime, | decepto a latr|onibus[2] cum | alumnis n.[3] VII, | Otacilia Narci|sa coiugi dul|cissimo.

Prope Romam ad viam Portuensem rep., ibi ubi fuit lucus fratrum Arvalium (VI 20307 vidit Henzen). — 1) *Plus minus.* — 2) *Similiter supra N. 5112. VI 20307.* — 3) *Numero.*

8506 C. Tadio C. f. Seve[*ro*] | abducto a latronib[*us*] | ann. XXXV, et | Proculo f. ann. VI | . . bricia L. l. Primigen. | [*co*]niugi et filio posit. |

[*Fili*]us hunc titulum | [*debeb*]at ponere matri. |

. . . .

Salonis (III 2544 vidit Mommsen). Buecheler carm. epigr. 818.

8507 L. Atilio L. l. | Saturnino[1] | annor. XL domo | Fl. Scarbantia nterfec. | a latronibus in Rtusis[2], | Atilius Tertius frater | et Statius Onesimus[3] | amico, | loc. gratuit. dat. ab | Clodia Tertia.

Aquileiae (Majonica Festschrift f. O. Hirschfeld p. 362). — 1) *Idem ut videtur III 4225 (Maj.).* — 2) *Sic traditur: significatur regio barbarica in qua Saturninus interfectus est (Buecheler mus. Rhen. 1904 p. 320).* — 3) *Fortasse idem qui supra N. 7518 (Bue.).*

8508 Euplo, | ann. XXV, occis. | a viatoribus.

Prope Salonas rep. (III S. 9054 descr. Bulić).

8509 L. Caesius M|aximinus | Cedriponensis[1], | an. XXI, | hic interfectus est. | Sit tibi terra levis.

Ostippone (Estepa) in Baetica (II 1444 semel ut videtur descripta saec. XVI). — 1) *Cedripo oppidum aliunde non notum.*

8510 . . . . | [*v*]itam insi|diis in sacra | urbe finivit, | P. Maius Cleme[*n*]tinus eq. Roma|nus filio dul|cissimo b. m. p.

Koželj prope Ravenam, cf. N. 8504 (III S. 14588 descr. Premerstein et Vulič).

8511 Iucundus | M. Terenti l. | pecuarius. |

Praeteriens quicum|que legis, consiste, | viator,
et vide quam in|digne raptus inane | querar.
Vivere non | potui plures XXX per | annos,
nam erupuit *(sic)* se|rvos mihi vitam et ipse |
praecipitem sesse *(sic)* deie|cit in amnem:
apstulit | huic Moenus quod | domino eripuit.

Patronus de suo posuit *(pator cum cane, ovibus, ariete).*

Mogontiaci (XIII 7070; imaginem dedit Wolters ann. Bonn. 74, 1882 tab. I cf. p. 24). Buecheler carm. epigr. 1007.

8512 d. m. *(asciae duae)* | et quieti aeternae | Iuliae Maianae femi|náe sanctissimae, manu | mariti crúdelissim. inter|fect., | quáe ante obit quam fatum | dedit; cum quo vix. ann. XXVIII, ex | quó liber.

archive.org